



**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De  
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex  
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

**Bruno, Vincenzo**

**Coloniae Agr., 1599**

**VD16 ZV 2606**

8. De Purificatione B. Virginis, & Præsentatione Christi in templo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59868](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59868)

Christū, & consecuti fuerimus eius gratiam, non debemus in primā viā redire, sed mutato itinere, alia viā tēdere in patriā, è qua per peccatū discesseramus. Patria nostra est paradisus, è qua homo discedit superbiēdo, inordinatas appetitiones sectando, & adherēdo rebus terrenis, ad quam reditus non patet, nisi per viā contrariam, nēpè humilitatis, penitētia, contemptus mūdi, et mortificationis carnis



## DE PURIFICATIONE B.

CATIONE B.

VIRGINIS,

ET

PRÆSENTATIONE

CHRISTI IN TEM-

PLO.

MEDITATIO VIII.

EVANGELIVM.

OST QVAM impleri  
sūt dies purgationis MA  
RIAE secundum legem  
Moyfi, tulerunt puerum  
in

in Ierusalem, vt sifterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini. Quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur, & vt darent hostiam, secundum quod dictum est in lege Domini, par turturū, aut duos pullos columbarū. Et ecce homo erat in Ierusalem, cui nomē Simeon, & homo iste iustus, & timoratus, expectans consolationem Israhel, & Spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum IESVM parentes eius, vt facerēt secundum consuetudinē legis pro eo, & ipse accepit eum vlnas suas, & benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum, Lumen ad reuelationem gentium, & gloriā plebis tuæ  
Isra-

114 MEDITAT. DE VITA  
Ifrahel. Et erat pater eius & mater  
mirantes super his que dicebantur  
de illo. Et benedixit illis Simeon,  
dixit ad Mariam matrem eius. Eco-  
positus est hic in ruinā & in resur-  
rectionē multorū in Ifrahel, & in  
signum cui contradicetur: & tuā  
p̄s animam pertransibit gladius  
vt reuelentur ex multis cordibus  
cogitationes. Et erat Anna prophe-  
tissa filia Phaniel, de tribu Afer  
hęc processerat in diebus multis  
& vixerat cum viro suo annis se-  
ptem à virginitate sua. Et hęc vi-  
dua vsque ad annos octoginta qua-  
tuor, quæ non discedebat de tem-  
plo ieiunijs & obsecrationibus ser-  
uiens nocte ac die. Et hęc ipsa hora  
superueniens confitebatur Domi-  
no, & loquebatur de illo omnibus  
qui expectabant redemptionem  
Ifrahel.

FIGVRÆ.

Exod. 29.  
Num. 28.

1. **M**ANDAVIT Deus in le-  
ge quotidie offerri in ho-  
locaustum agniculos immaculatos  
duos;

duos; unum mane, alterum ad vesperum, ad praesignificandas duas oblationes, quas Christus verus & immaculatus agniculus de seipso facturuset Patri. Vnam hodie initio suae vitae: alteram in fine, in ara crucis pro generi humani redemptione.

2. Anna Samuelis mater quondam *1. Reg. 1.* sterilis, cum precibus à Deo impetrasset illum filium, obtulit eum in domo domini, dedicando eum diuino seruitio, & simul vitulum in sacrificium efferendo.

PROPHETIÆ.

1. **E**CCE mitto angelum meum, & praeparabit viam ante faciem meam, & statim veniet ad templum sanctum suum Dominator, quem vos queritis, & angelus testamenti quem vos vultis. *Malach. 3.*
2. Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui. *Psal. 47.*
3. Notum fecit Dominus salutare suum ante conspectum gentium reuelavit iustitiam suam. *Psal. 97.*
4. Desiderium suum iustis dabitur. *Prou. 10.*

CONSIDERATIONES.

**C**ONSIDERA, quomodo B. Virgo postquam diuino suo partu locupletasset

set & consecrasset vile & humile præsepe Bethleëmiticum, & exacti essent quadraginta dies, quib. per legem non licebat ei ingredi templum, se cum puero **I E S V** in viam dederit versus Hierosolymam, vt eum ibi offerret tanquam agnum immaculatum in sacrificium matutinum, & in odorem suauitatis æterno Patri pro redemptione generis humani. Vbi obseruandum est, duo fuisse in lege de Muliere partente præcepta. Alterum erat, vt si peperisset masculum, septem diebus tanquam immunda, separata esset ab hominum consortio. Octauo autem die circumcidebatur infantulus: ipsa verò triginta tribus diebus domi remanebat, nec foras exire, nec templum ingredi poterat. His autem expletis adibat cum filio templum, & sacrificia pro se & pro illo offerebat. Alterum præceptum erat speciale de primogenitis, quos Dominus, à quo tempore occisa erant omnia primogenita Ægypti, & Saluati filij Israhel, offerri & consecrari sibi voluit, sicut & voluerat sibi offerri primitias omnium frugum. His ergo legibus & præceptis Filius Dei natus ex muliere voluit esse subiectus, atque in se, suaque matre perfe-

*Leu. 12.**Exod. 13.*

Et

ætè adimpleri. Non satis fuit humilitatis Magistro, licet per omnia æquali æterno Patri, subijcere se humili virgunculæ, quin etiam ad exemplum nostrū subijceret se legi peccatorum & seruorum.

2. CONSIDERA, quomodo Saluator noster in dies mirificos progressus faciat in obedientia, humilitate & caritate. In obedientia, quia sicut primò in sua circumcissione, sic nunc se in sua redemptione præceptis Legis subijcit. In humilitate, quia in circumcissione quidem signaculum illud accepit tanquam peccator, qui salute indigeret; nunc autem pro redemptione sui offert quinque siclos, atqui si non solū peccator, verum etiam seruus esset, qui opus haberet redemptione. In caritate denique profecit, quia cū esset liber, vti verus filius & legitimus heres in domo Patris sui, amore nostri suscepit formam serui, vt nos redimeret è captiuitate tyranni infernalis, & in veram filiorum Dei libertatem restitueret.

5. CONSIDERA, quomodo etiam B. Virgo, eius mater, etiam si subiecta non esset Legi de mulieribus immundis, (erat enim teste Spiritu sancto spōso suo tota pulchra, & pura, sine macula)

118 **MEDITAT. DE VITA**

la) alijs mulieribus conformare se voluerit, sicut filius eius se confirmavit nobis. Vnde sicut, ille, etsi non indigeret, circumcidi voluit, sic illa, vt vera humilitatis filij sui imitatrix, etsi omnis maculae expers esset, voluit parere legi purificationis. Secundo, vt ludæis, quos mysterium Conceptionis latebat, nullam occasionem daret aut scandali aut obmurmurationis. Tertio, vt finem imponeret aduentui Christi filij sui. Finis autem erat vera nostra purificatio secundum præceptum legis. Quarto, vt nobis relinqueret exemplum humilitatis, doceretque suo exemplo, vt magistra virtutum, quod ratione sexus muliebris facere non licuit verbo.

4. Iam verò o anima mea deuotis passibus sequere B. Virginem iter facientem, considera modestiam & honestatem, qua progressa est, reuerentiam qua deportauit, & filium suum, Deum suum virgineo pectore astrinxit, & deuotionem, qua templum ingressa est pretiosissimum ventris sui fructum in brachijs suis ferens. O pulchrum & iucundum spectaculum, tum filij qui portabatur, tum Matris quæ illum portauit, cuius presentia exhilarabat

C  
bat An  
exorna  
Temp  
plum  
dixit  
riam h  
mæ à  
troduc  
manus  
testam  
sauri a  
rant al  
audisse  
centus  
in terr  
factam  
cauit.  
5. E  
morat  
bel. Me  
qui no  
omniu  
tam pr  
sui ex  
vna par  
gastulo  
tera,  
stum  
sum, qu



bat Angelos, & totum illud templum *Mal. 3.*  
 exornabat. Tunc vero Salomone, &  
 Templi Domino ingrediente Tem- *Agg. 2.*  
 plum suum, impletum est, quod præ-  
 dixit Propheta, maiorem fore glo-  
 riam huius domus, quàm fuerit pri-  
 mæ à Salomone fabricatæ. Tunc in-  
 troducta in suum sanctuarium per *Cal. 2.*  
 manus Beatæ Virginis viua & vera hac  
 testamenti arca, in qua omnes the-  
 sauri aternæ Sapientiæ & scientiæ e-  
 rant absconditi, longè alios vidisses &  
 audisses celebrari feltos dies & con-  
 centus in cælo, quàm visi & auditi sunt  
 in terra, cum Salomon arcam à se fabre *3. Reg. 8.*  
 factam sub alis Cherubinorum collo-  
 cavit.

5. *ET ecce Simeon homo iustus & ti-*  
*moratus expectabat consolationem Isra-*  
*hel.* Merito Simeon vocatus est iustus,  
 qui non tam suam, quàm communem  
 omnium salutem procurabat, nec  
 tam propriam, quàm totius Populi  
 sui expectabat consolationem. Ex  
 una parte homo sanctus optabat er-  
 gastulo huius corporis emitti, ex al-  
 tera, desiderabat ante videre Chri-  
 stum à Spiritu sancto sibi promif-  
 sum, quàm emitteretur. Magno suo  
 dolo-

dolore cernebat mūdum plenum  
 litia & ignorantiaē tenebris, ac quae  
 die multa animarum millia rueret  
 perditionem. Vnde sancto honoris  
 uini zelo, & humanae salutis flagrantibus  
 affiduis orationibus & lacrymis uigila-  
 bat Patrem caelestem, ut tandem tam  
 malis finem imponeret, mitteretque  
 eum Saluatorem, in quem omnium  
 terum Patrum desideria suspirasset.  
 Hoc petebat, hoc expectabat, & idcirco  
 noctu diuque cū gemitu in clamabat  
 cum Propheta. *Propter Sion non tacebit  
 & propter Ierusalē non quiescēt, donec  
 grediatur, ut splendor in subus eius & Sal-  
 uator eius, ut lampas accendatur.*

6. NVNC considera, quid bono-  
 ni agendum fuerit, quando ipse uisus  
 nus morti ingressus templum occurrit  
 ipsi uitae? cogitemus quanta laetitia pe-  
 ctus eius fuerit oppletum, quot lacry-  
 mis praegaudio oculi stillarint, quot  
 laudum praconijs exceperit eum, qui  
 vitam ei hucusque seruauerat. Videbitur  
 enim iam completa esse sua desideria  
 & vota, orationes exauditas, lacry-  
 mas acceptatas, & in conspectu suo  
 se tantoperè à se & omnibus gentibus  
 expectatum. Quanta humilitate & re-  
 uerentia cum adorabat? quanto amore  
 & deuotione  
 ad recipi-  
 ta uerò  
 culabatur  
 spectu  
 uerò cogi-  
 SVS, a  
 matur, o  
 eius pene  
 consolati  
 illius ser-  
 rum crea-  
 creatorem  
 Christo p-  
 factus car-  
 tuum Do-  
 in pace. Q-  
 re tuum.  
 7. VIDI  
 tes per uer-  
 rere, & in-  
 gare: uis-  
 per affectu  
 gere seipso  
 posse ferri  
 uersi; po-  
 tatus, qui  
 sustentat  
 ductu Spi-  
 nisti, &  
 & de-

Esa. 62.

& deuotione brachia sua protendebat ad recipiendum hunc thesaurū? quanta verò suauitate, iam receptum deosculabatur & constringebat, cuius conspectu exsaturari non poterat? Contra verò cogitemus, qua ratione dulcis IESVS, amator eorum, à quibus ipse amatur, oculis suis in eum coniectis cor eius penetrabat, & quasi liquefaciebat consolationis abundantia. Vnde sancta illius senis anima fastidio affecta rerum creatarum post cōspectum suum creatorem cupiens dissolui, & esse cum Christo pronunciauit illud plenum affectus canticū. *Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutarem tuum.*

7. VIDISSES hic lachrymarum fontes per venerabilis senis vultum decurrere, & infantuli quoque faciem irrigare: vidiffes etiam illum, qui ante per affectam ætatem non poterat regere seipsum, nunc facile brachiis suis posse ferre & regere creatorem vniuersi; portare illum, à quo erat portatus, qui verbo virtutis suæ portat & sustentat omnia. Beatus Simcon, qui ductu Spiritus sancti ad templum venisti, & in vno templo duo templa

F inue-

inuenisti Matrem & filium, ambo- ter deinceps  
 uum & sanctum templum Domini vsque ad  
 Beati tui oculi, quos idè non uisus lætitiæ lo-  
 mortem dixit Spiritus sanctus, qui nex, cum  
 gni fuerunt conspectu vitæ. Quom tibi solati  
 do enim mors subijcere se potuit dio matre  
 oculis, quos Christus vera vita sua nimum e-  
 sione dignatus est, & eius quidem o bas, & con-  
 lis, qui iam dudum vehementer de rum misce-  
 derat dissolui, & esse cum suo Do- lius erat in  
 no? Beatus denique, quia non solum gaudium  
 gnus factus uidere, sed etiam manibz quæ iuger  
 attingere Verbum æternum in carni rium affer-  
 promeruit tantam gratiam & consol- tum non f-  
 tionem, quantam nulli vnquam Sa- tus sancti  
 cti Patriarchæ, Reges & Prophetæ trem suar  
 cet magno studio quæsitam & expe- nam, & hu-  
 tam, meruerunt. nia filio effi-

8. CONSIDERA, quantam dignior &  
 Virgo voluptatem cœperit, ex lach- bus, ita  
 mis & consolatione Sancti senis, & gloria filij  
 plificatione gloriæ filij sui vndique obedientia  
 rumpentis, & nouis in dies testimoni- le continere,  
 augeſcentis. Verùm hæc voluptas, hoc ante o-  
 gaudium non fuit purum & simplex cis; sic Be-  
 Nam postquam Simeon vaticinari ce- menti San-  
 pit, de contradictionibus filio suo al- num qua-  
 quando futuris, & quod eius animam enim preti-  
 gladius esset pertransiturus, sic pia ma- biles sunt  
 te

ter deinceps affecta fuit, ut ab eo die  
 usque ad vitæ finem nunquam plenæ  
 lætitiæ locum dederit. Sed ô Sancte se-  
 nex, cum præsentia Salvatoris tantum  
 tibi solatium attulerit, tantoque gau-  
 dio matrem eius affeceris, cur nunc a-  
 nimus eius hoc tristi nuncio pertur-  
 bas, & consolationum melli, tam ama-  
 rum misces absinthium? nõane me-  
 lius erat integrum illi relinquere prius  
 gaudium, quàm ea commemorare,  
 quæ iugem illi afflictionem & marty-  
 rium afferant per omnem vitam? Ve-  
 rum non fuit hoc Simeonis, sed Spiri-  
 tus sancti consilium, qui voluit Ma-  
 trem suam ob maiorem in cælo coro-  
 nam, & huius vitæ meritum, per om-  
 nia filio esse conformem, ut sicut erat  
 dignior & perfectior cæteris homini-  
 bus, ita etiam magis particeps esset  
 gloriæ filij, quæ erat, pati & mori per  
 obedientiam Patris. Vnde, sicut il-  
 le continenti quodam cordis dolo-  
 re, ante oculos habebat mortem cru-  
 cis; sic Beata Virgo, obiecta perpetuo  
 menti Sanctæ Crucis memoria, conti-  
 num quasi sustineret martyriũ. Tam-  
 enim pretiosa res est, pati, tam no-  
 biles sunt afflictiones & asperitates

huius vitæ; vt, sicut matrem suam  
omnibus rebus creatis dilexit, in  
iam voluerit præ omnibus eam affi  
omnique dolore & amaritudine  
nam esse.

9. CONSIDERA, quomodo  
neque sexus neque status vllus deest  
qui non testimonium Christo red  
ret in hoc primo in mundum ingre  
hac ipsa hora superuenerit sancta vi  
Anna, quæ diuina inspiratione ag  
cens Saluatorem, cum eum humili  
adorasset, coepit confiteri & prædic  
eius laudes omnibus, qui expectab  
redemptionem Israhel. Mulier vere  
no prophetiæ, & consolatione videt  
Deum in carne digna: erat enim ad  
duè in templo, castè viuebat, ieiun  
carnem castigabat, in oratione noct  
ac die perseverabat: Tales enim De  
suorum secretorum facit participes  
libus Euangelij sui noua mysteria  
velat.

10. CONSIDERA deinde deu  
tissimam processionem, ab his sanctis  
hominibus institutam. Et primo videt  
quanta lætitia & hilaritate antecedit  
venerabiles illi duo Senes, Ioseph &  
Simeon; mater deinde ineffabili cum  
gaudio in vlnis fructum ventris sui ge  
stans

CH  
stans, sec  
cum ma  
sancta vi  
ma exul  
Vt ad alt  
do B. Vi  
humi ge  
pretiosur  
condito,  
fuit oblat  
filium su  
tiarum,  
gignendu  
ict. Vbi q  
dum & ip  
tatula se  
in sacrific  
uenisset t  
liquando  
impletun  
te in filij  
stum, & p  
dixi, ecce  
sacrificia  
rent, ven  
stamenti  
ibique se  
culatam,  
mnia tot  
Denique

stans, sequatur; cuius in Societatem  
 cum magna reuerentia se adiungebat  
 sancta vidua Anna, iubilans, & sum-  
 ma exultatione Dominum collaudās.  
 Ut ad altare peruenerunt, vide quomo-  
 do B. Virgo magna deuotione positis  
 humigenibus, Patri æterno offerat  
 pretiosum donum, quo nullū ab orbe  
 condito, vel nobilius, vel gratius Deo  
 fuit oblatum, nimirum obtulit dilectū  
 filium suum cum adiecta actione gra-  
 tiarum, quod se ad concipiendum &  
 gignendum illum dignam reddidit.  
 Vbi quoque obserua, quemadmo-  
 dum & ipse infantulus in tenera illa æ-  
 tatula se ipse pro nobis Patri obtulerit  
 in sacrificium matutinum; donec ad-  
 uenisset tempus sacrificij vespertini a-  
 liquando in ara Crucis offerendi. Tūc  
 impletum est, quod Propheta iam an-  
 te in filij Dei persona dixerat, *Holocaustum, & pro peccato non postulasti, tunc dixi, ecce venio.* Nam cum veteris legis  
 sacrificia expiare peccatum non vale-  
 rent, venit hodie magnus angelus te-  
 stamenti in templum suum sanctum,  
 ibique se ipse obtulit hostiam immaculata-  
 m, & infinita vi præditam ad om-  
 nia totius mundi peccata expianda.  
 Denique etiam Virgo eius mater de se-  
 stans,

ipsa, vnà cum ipso vnã oblationem  
faciebat Deo patri, offerendo se ad  
nes tribulationes, dolores, & cruci-  
quos causa filij sui per omnem vitã  
erat toleratura. Et quomodo minus  
cere poterat, quã vnã cum cœlesti  
no donare se ipsam? tota enim erat  
ipso dono repleta.

II. CONSIDERA prætere-  
quam & vilem oblationẽ magno  
dono ad redimendum filium adiu-  
tam, nempe, quinque siccos, & par-  
lumbaram vel turturum: è quibus  
teram in holocaustum pro filio, alio  
pro purificatione sui partus obtulit.  
ibi nota paupertatem B. Virginis, quã  
cum agnum offerre non posset, quã  
oblatis erat diuitum, obtulit colum-  
bas vel turtures more pauperum.  
quid aliud cõueniebat innocẽti colum-  
bæ, & turturi castissimæ Virgini Mariæ  
offerre, nisi sui similes columbas & tur-  
tures? Voluit & Christus sibi offerri  
na pauperum propria, vt sua paupertas  
te nos redderet diuites, diuites in fide  
& gratia in hoc sæculo, vt postea hære-  
des regni sui fieremus in cælo. O Ma-  
ter sancta, cur tanta cum læticia matris  
offers in brachijs tuis filium in tem-  
plo? veniet tempus, quando extra ciuitatem

CI  
tatem,  
dolore  
chijs C  
redemp  
sanguin  
quinqu  
tur; tu  
ribus re  
restitu  
12. C  
modo a  
æqualis  
Patri, &  
sanctific  
exiguo  
totius m  
mul, qu  
tre puri  
concilie  
quæ era  
da, à pec  
sapiente  
niant C  
tecellun  
principe  
tenetis,  
milis m  
sublimi  
de respic

tatem



tatem, loco infami, cum summo tuo dolore eum videbis oblatum in brachijs Crucis. Nunc aliorum oblatione redemptus est, tunc autem proprio sanguine redimet alios. Nunc cum quinque siclis redimis, & tibi restituitur; tunc autem ipse quinque vulneribus redimet totum mundum, & non restituetur.

12. CONSIDERA denique quomodo æternus filius per omnia Patri æqualis oblatum sit in forma serui ipsi Patri, & Sanctificatus hostijs, qui est, sanctificatio omnium creaturarum, & exiguæ pretio redemptus ille, qui est totius mundi redemptor. Ppende simul, quomodo in sanctissima eius matre puritas purificetur, Virginitas reconcilietur, Sanctitas sanctificetur, & quæ erat Deo sœcunda, quasi immunda, à peccato mundetur. Veniant nunc sapientes & potentes huius mundi. Veniant Cherubini, qui alios scientia antecellunt. Venite & vos Seraphim, qui principem locum inter angelos omnes tenetis, & in schola pueruli Iesu & humilis matris discite, quàm excelsus & sublimis sit Deus. Sed qui humiles corde respiciat in cælo. & in terra.

*Psalmus.*

F 4 COL-

## COLLOQVIVM.

**P**RECABERE Christum Domi-  
num, vt postquam tam benigne  
meoni iusto, tantum desiderium ipsum  
videndi, atque tiam tangendi, & in  
nas suas recipiendi impertiuit: tuam  
quoque animam diuinæ gratiæ auxi-  
lio expurgare velit, & ex ea facere tem-  
plum, in quo ipse habitare non dedig-  
netur, vt eum ante tuum ex hac vita  
excessum, & oculis mentis videre, & de-  
siderij brachijs amplecti possis, & sicut  
ille tui causa voluit præsentari Patri, sic  
tibi largiatur gratiam, ita eum amandi  
vt aliquando ei præsentari possis in  
templo Hierusalem cælestis, ibique e-  
ius visione perfecta, & sempiterno gau-  
dio perfrui.

## DOCUMENTA.

**1. VIRGO** subyiciendo se purificatio-  
nis legi, non modo nihil incommo-  
dauit suæ puritati & sanctitati, sed eam  
magis hoc humilitatis actu illustrauit,  
exemplumq; præclarum reliquit omnib.  
hominib. Religiosis & spiritualibus; ne  
putent sancta mortificandi & humiliandi  
de se consuetudine, bonam eorum existi-

m. n.

matione imminui, sed poti<sup>9</sup> augeri. Eius-  
modi n. exercitijs virtus ipsa cōservatur.

2. CHRISTVS in sua praesentatione  
voluit sibi offerri par columbarū, qua e-  
rat oblatio pauperū; Dominus in omnib.  
suis actionib. se humiliat, & minor vult  
videri, quā sit, idq; ad comprimendā no-  
strā superbiā, qui semper aspiram<sup>9</sup> ad al-  
tiora, & in omnib. reb. volumus esse sin-  
gulares, & maiores, quā simus, videri.

3. SIMEON magno desiderio aduen-  
tum Saluatoris expectavit, non tam pro  
sua, quā pro populi totius consolatione, &  
idē gratiam obtinuit eum videndi. Tūc  
desideria nostra, & preces magis sunt me-  
ritoria, & efficaciores ad impetranda à  
Deo, quā volumus, quo amplius se exten-  
dunt ad bona, non tam pro nostra, quā  
aliena salute impetranda.

4. Dum Euangelista, postquā dixit Si-  
meonem fuisse hominem iustum & timo-  
ratum, adiungit Spiritum S. in eo fuisse,  
non obscure indicat, gratiā Spiritus fan-  
cti in eorum potissimum cordibus sedem  
suam figere, qui iustitiam & sanctū Dei  
timorem cōservant.

5. Nunc dimittis seruum tuum Do-  
mine, inquit Simeon, secūdum verbum  
tuum in pace. Quia viderunt oculi mei  
salutare tuum. Beati, qui non alia de

F s cau-

VITA  
M.  
tum Dom  
benigne  
ium ipsum  
adi, & in v  
uit; tuam  
ratia aux  
facere rem  
non dedig  
ex hac vit  
videre, & de  
lis, & sicut  
tri Patri, sic  
m amandi  
possis in  
ibi que  
ternogau  
A.  
erificatio  
incommo  
i, sed eam  
ustravit  
it omnib.  
libus; no  
humiliat  
m existi  
ma-

caussa optant frui usura huius vita, qui ob gloriam Christi, & salutem proximi. Talibus enim, ut vivere Christus est, & mori lucrum, quia cum eo tendunt ad perpetuam facilitatem.

6. Et tuam ipsius animam, inquit Simeon, ad B. Virginem, pertransibit gladius doloris propter ipsum. Tam utilis & salutaris est tribulatio, ut eam Christus omnibus consolationibus, & gaudijs; quae sua dilecta mater de eo habuit, intermiscuerit. Quare in magno errore versantur, qui omnes afflictiones execrantur, & omnesq; huius vita labores fugiunt, & in sectandis voluptatibus, & quiete omnem felicitatem constituunt.

7. ANNA prophetissa multis annis in oratione perseverando, digna effecta est, quae videret Dominum. Sic non arbitramur gratiam aut consolationem aliquam singularem nos à Deo consecuturos, nisi constantem in obsecrationibus perseveremus.

8. Anna frequentando templum, meruit consolari cōspectu Salvatoris Sanctae res est, frequentare Ecclesiam: multa enim beneficia spiritualia, & gratias communicare solet Deus in illa, quas non comunicat in plateis, & vijs publicis, in quibus homines mēte vagari solent, & maiores habere peccandi, quam bene agēdi occasiones.

9. An-

9. Anna prophetissa semper erat in templo, seruiens Deo in castitate, in cōtinuis obsecrationibus, & crebris ieiunijs. Deus mysteriorum vel cœlestium consolationū suarum non reddit participes homines mundanos & carnales, sed qui omnibus huius mundi voluptatibus renunciant, carnem suam mortificant, & sanctis diuini seruitij officijs se occupant.



DE FUGA

CHRISTI IN AEGYPTVM, EIVSQUE REDITVM IN IVDÆAM.

MEDITATIO IX. EVANGELIUM.

**A**NGELVS apparuit in *Matt. 2.* somnis Ioseph dicens: Surge, & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum, & esto ibi vsq; dum dicam tibi. Futurum est enim, vt Herodes quærat puerum ad per-

F 6 den